

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem
Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum
animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis,
scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...**

Wild, Adam

Altdorfii, 1705

Adam Wild

urn:nbn:de:bsz:31-105875



VIRO

Plurimum Reverendo, Amplissimo atque Excellentissimo,

DOMINO ADAMO WILDIO,
ECCLESIASTÆ DURLACENSI ET
GYMNASHII IBIDEM FLORENTIS PROFESSORI,

Fautori & in Christo Fratri Venerando, amando,




P. S. D.

CHRISTOPHORUS Sonntag D.

EX quo Scholæ Fechtianæ, hoc est, Eusebii orthodoxæ delitiæ (quarum Præsidem diu nobis servet Altissimus, ut bonum signum in purioris Ecclesiæ domo sit!) paucis abhinc annis nostrati Almæ tradiderunt; equidem merito Te semper magni feci. Posteaquam igitur Deus intereà temporis Spartæ honorificæ Te admovit, & sub umbone SERENISSIMI TUI PRINCIPIS, DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, Vineæ tum Ecclesiasticæ, tum Professoriæ & Gymnasticæ præfecit, tenerrimum alui gaudium, benè sciens, quot animas talentum illud tuum Domino lucrari posset. Jamque adèdè cum, pristini amoris mei parum oblitus, Palæcomen nostram de conferendis honoribus in Theologia

106

logiâ

logiâ summis modestè compellâris, gaudium meum divi-
 nâ gloriâ & Ecclesiâ salutis denuò consecratum volo. Sic
 TE longum sospitet Brabeuta maximus ex alto! Sic SE-
 RENISSIMI TUI Clementiam Tibi sartam velit
 esse ac tectam! Sic Venerandum Dominum Parentem,
 sic Illustrem Dominum Socerum, sic Tuos ad unum
 omnes omnimoda corporis & animæ, bonorum & hono-
 rum faustitate quam diutissimè coronet! Vale, mi conjun-
 ctissime Domine WILDI, & novos, quos hîc amplectere,
 titulos non Tibi, sed laudibus Magistri unici J. C. & affli-
 ctissimæ ipsius Ecclesiæ solatio, quod facis, dicatos arbi-
 trare. Dab. Altdorf I Noricorum d. 16. Jun. MDCCV.

Quæ Tibi simplicitas est piscatoria cordi,
 Biblia habet Libros Symbolicosque duces:
 Hinc & Apostolica his innixus Retia tendis:
 Pix est Styx, urit Calceus atque pedem.
 Non Sutor fuit, ast Piscator Apostolus: ergo
 Confractis crepidis Rete tueris ovans.

quo Hexasticho
 Convictori suo & olim & nunc uti dilect. mo:
 ita æstimat. mo.
 de præsentî Dissertatione Inaugurali gratulaturus
 μνημονακαρομανροβιότης
 sincero ex animo apprecatur
 Dan. Guil. Mollerus. P. P.